



Emblemata D. A. Alciati

<https://hdl.handle.net/1874/37447>

EMBLEMATA

D. A. ALCIATI,
denuo ab ipso Autore
recognita, ac, quæ desi-
derabantur, imagini-
bus locupletata.
Accesserunt noua aliquot ab
Autore Emblemata sūi quoque
eiconibus insignita.

LYGD. APVD GVLIEL.
ROVILIVM. 1550.

CVM

PRIVILEGIO

Wittenberg.

PRIVILEGE DV ROY.

IL ha pleu au Roy nostre Syre, de dōner priuilege & permission à Guillaume Rouille libraire, & à Macé Bonhomme Imprimeur demourans à Lyon , d'imprimer ou faire imprimer vn petit liure intitulé *Emblemata Alciati*, qu'ilz ont faict dresser & mettre en ordre par tiltres generaulx & lieux communs pour plus facile intelligēce d'iceluy , & adiouster figures nouuelles aux Emblemes que par cy deuant n'auoyent esté faites , n'inuentées . Ensemble plusieurs Emblemes nouvelles qu'ilz ont recouvertes dudit Autheur non plus mises en lumiere , digerées en leur ordre & figurées . Parquoy sont faictes deffences de par ledict seigneur à tous libraires , & Imprimeurs , & autres sur certaines grans peines, de n'imprimer ou faire imprimer , vendre ou distribuer en son Royaulme,pays,terres & seigneuries, desdicts *Emblemata Alciati*, de telle sorte, ou semblable inuention, ordonnance,correctio, augmentation, ne contrefaire leurs figures nouvelles en quelque maniere & en quelque volume que ce soit , iusques au temps & terme de six ans prochains , comme plus à plain est contenu es lettres patentes sur ce despeschées à Mascon , le ix. d'Aoust , M. D. xlviij. Signées , Le Chandelier: Et seellées du grand sœl en cyre laulne, sur simple queüe.

AD LECTOREM.



M B L E M A T A
illa pulcherrima Andrea
Alciati Patricij Mediola-
nensis, Iurisconsultorum elo-
quentissimi, & eloquentiū iurisconsultissimi,
quæ vir ille nunquam ab literis feriatus, dum
a seuerioribus legū studijs respirat, & hu-
mane literaturæ Musis amœnoribus recrea-
tur, ludēdo effudit æfogisimōs, nō ἀνακολού-
θωs, prout uariū vel sensibus externis, vel
commētationibus internis sese offerebat ar-
gumentū: Ea nos sub generalibus præcipua-
rum rerū capitibus in locos cōes, tanquam
in certas classes digesseramus: à summis,
ad ima progrediētes. Non eo sanè cōsilio, ut
Autore ipso in œconomia sui operis, aut diligētores,
aut cōcinniores videri stuperemus:
sed ut illius lnsus, in cōmunes usus adducere-
mus, Eius operis dupli habitā ratione, vo-
luptatis nimirū, & utilitatis. Priore quidē,
ut speciosior quædam operis forma extaret
oculis legentiū, singula suo quæq; collocata lo-

co cōsiderantū. Cōposita namq; sparsis, &
ordinata confusis, fere solent apparere pul-
chriora. Altera autē, vt facilior, & prom-
ptior esset quārētibus inuētio. Etenim expe-
ditius est, diuersi res generis in suū quasque
ordinē & locū dispositas: quā in turbā, teme-
rē cōgestas inuestigare, si quādo ijs opus ha-
bemus vt edū. Porro usus Emblematū, præ-
ter gratiā, ac voluptatē ex iucūda nouitate,
quæ tādiū leuat, breue sentētiæ argutiā, quæ
animū pūgit, numerosam versuū suauitatiē,
quæ aures mulcet, & wōp ēkōwōp picturā non
inanē, quæ oculos pascit. Etiā ille (inquā) usus
est, vt quoties rebus vacuis cōplementū, nu-
dis ornamentū, mutis sermonē, alogis rationē
tribuere, aut certè affingere velit quispiā, is
ex Emblematū libello, tanquā ex prōptuario
instrūctissimo habeat quod domesticis parie-
tibus, viireis fenestrīs, aulæis, peristromatis,
tabulis, vasis, signis, anulis sigillaribus, vesti-
mētis, mēsa, fulcro, armis, gladio, supellecti-
li deniq; omni, nusquā nō, inscribere, & im-
pingere posſit: ad hoc scilicet vt usquequa-



que loquax, & aspectu iucundus sit rerum
ad usum communem spectantium facies.
Quare & ipse Alciatus, sua hæc epigram-
mata appellatione conuenientissima inscri-
bi voluit Emblemata. Sunt enim Emble-
mata vermiculata opera ex tessellis insuti-
tis apta & composita, interprete Budæo,
quod & ipsa vocabuli Græci origo ostendit.
Verū quū hæc omnia superiore editione præ-
stitteremus, ecce aliquod nouæ Emblemata ad
nos mittuntur, ab Autore ipso superioribus
addita. Hæc in suū & propriū quæq; ordinē
veluti superiora redigimus: quibus etiā, &
alijs nonnullis prioribus, in quibus imagines
desiderabantur, figuræ appinximus, quoad
fieri potuit, aptissimas. Superiora etiā Emble-
mata partim immutauit Autor ipse, partim
emendatiora, & melius cōformata reddit.

Quæ omnia postrema hac nostra editione in
opus vñū, quod quanto locupletius, tanto sit
perfectius, exhibemus. Quisquis igitur &
sententia brevis acumine. & festiuæ imagine
res suas decorare voleret: ex hoc libello abude-

habiturus est, unde sibi desumat quod ad re
quamlibet accommodari posse videatur, idq;
promptissimè, & facilimè. adaptato nimi-
rum suo cōmento ad summa rerū genera, &
singulas generum formas suo quisq; ordine
dispositas, iuxta rerum naturalem seriē, &
vsum communē. Quarū etiam index tabu-
la subiecta est operi vniuerso, à multis, &
magnis, quibus vitiatū erat mendis expur-
gato, & planè restituo n̄l ḥc avsóγεαφο.

CLARISS. VIRI ANDR.

Alciati In Librum primum Em-
blematum præfatio , ad
Chonradum Peutin-
gerum Aug-
stanum.

Dum pueros iuglans, junenes dum tessera fallit,
Detinet & segnes chartula pīcta viros:
Hec nos festiuis Emblematā eudimūs horū,
Artificum illustri signaq; facīla manu:
Vestibus ut torulos, petasis ut figere parmiss,
Et valeat taciti scribere quisque notis.
At tibi supremus preciosa nomismata Cesar,
Et veterum eximias donet habere manus.
Ipse dabo rati chartacea munera rates,
Quē(Chonrade) mei pignus amoris habe.

EMBL. DEDIC.

Ad illust. Maximil. ducem Mediol. Su.
per insigni Ducatus Mediolan.



Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,
Est gentilitijs nobile stemma tuis.
Talia Pelleum gesisse nomismata regem,
Vidimus, hisq; suum concelebrasse genus.
Dū se Ammone satū, matrē anguis imagine lusam,
Diuni et sobolem seminis esse docet.
Ore exit, tradunt sic quosdam enitier angues,
An quia sic Pallas de capite orti louis?

Mediolanum.



Bituricis ueruex, Heduis dat Sucula signum.

Hus populis patrie debita origo mee est,
Quam Mediolanum sacram dixeré puelle

Terram:nam uetus hoc Gallica lingua sonat.
Culta Minerua fuit,nuic est,ubi numine Tecla

Mutato matris virginis ante domum.

Laniger huic signum sus est,animalque bisiforme,
Acribus hinc setis,lanitio inde leui.



Nunquam procasti-
nandum.



ALCIATAE gentis insignia sustinet Alce,
Vngibus et undev fert avarice almev.
Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
Qui tot obiuisset tempore gesta breui?
Nunquam (inquit) differre uoles, quod et indicat Alce
Fortior haec dubitet, ocyor amne siet.


A S. Alex. abe fons,
In 7 menses capi-
tis incepit in proprie-
tate, et hoc non in videnter
prolongante, sed in cunctis
modis & artis
admodum raro nunc getti in eis



DEVS, SIVE RELIGIO.

In Deo latandum.

ΓΑΝΥΣΘΑΙΜΗΔΕΣ,



GANYMEDES.

A spice ut egregius puerum Iouis alite pictor
Fecerit Iliacum summ: per astra uehi.
Quis ne louem tactum puerili credat amore?
Dic, hec Maenius fixerit unde senex?
Consilium, mens atque Dei cui gaudia prestant:
Creditur is summo raptus adesse Ioui.

Ganymedes filius
Tunc optime videt ob
admirat deos puerum
magnus / et magnus
ad agn' 3 annos

Sapientia humana, Itultitia est
apud Deum.



Quid dicam? quonā hoc cōpellē nomine monstrū
Biforme: quod non est homo, nec est draco?
Sed sine uir pedibus, summis sine partibus anguis,
Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
Angue pedit homo, hominem eru etavit & anguis,
Nec finis homini est, initium nec est feræ.
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis,
Sic et gigantes terra mater protulit.
Hec uafrum est species, sed religione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicans.

Ficta religio.



Regali residens meretrix pulcherrima sella,
Purpureo insignem gestat honore peplum.
Omnibus et latices pleno e cratere propinat.
At circum cubitans ebria turba iacet.
Sic Babylona notant que gentes illice forma,
Et ficta stolidas relligione capit.

Non tibi, sed Religioni.



Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando uerenda dorso habens mysteria.
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
 Piásque genibus concipit flexis preces,
 Ast asinus tantum præstari credit honorem
 Sibi, & intumescit admodum superbiens:
 Donec cum flagris compescens dixit agaso,
 Non es Deus tu caselle sed Deum uebis.

Quà Dij vocant eundum.



In triuio mons est lapidum: supereminet illi
 Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
 Mercurij est igitur tumulus. Suspende uiator
 Serta Deo: rectum qui tibi monstrat iter.
 Omnes in triuio sumus, atque hoc tramite uitæ,
 Fallimur, ostendat ni Deus ipse uiam.

VIRTVTES.


F I D E S.

Fidei symbolum.



Stet depictus Honos tyrio uelatus amictu,
Eiusq; iungat nuda dextram Veritas.
Sitq; Amor in medio castus:cui tempora circum
Rosa sit,Diones pulchrior Cupidine.
Constituant hæc signa fidem,reuerentia Honoris
Quam fœuet,alit Amor,parturitq; Veritas.

Fœdera.



Hanc citharā, à lembi quæ forma halicutica fertur,
 Vendicat & propriam Musa Latina sibi,
 Accipe Dux: placeat nostrū hoc tibi, tēpore munus,
 Quo noua cum socijs fœdera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tēdere chordas:
 Vnāque si fuerit non bene tenta fides,
 Ruptāue (quod facile est) perit oīs gratia cōchæ,
 Illēque præcellens cantus, ineptus erit.
 Sic Itali cōcūnt proceres in fœdera, concors
 Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
 At si aliquis desciscat (uti plerunque uidemus)
 In nihilum illa onnis soluitur harmonia.

Sit omnis omnis relax ad audiendos: tuncdix ad legimusque & tuncdix ad iuv.

FIDES.

17

In silentium.




Cum tacet: haud quicquid differt sapientibus amēs.


Stultitia est index linguāque uoxq; suæ.

Ergo premat labias: digitōque silentia signet:

Et sese Pharium uertat in Harpocratem.




Digitō compresco latellum.



B
Propositum
dig. scilicet hanc. A
dig. sum. latellum. Ad Romanum
dig. ut. figura. idem. con. scriptis u.
in un. ro. cap. in cello. Ric. calend. tam
cav. et. a. f. d. dolens. eamus. sum. tam
et. aux. t. d. suff. ob. om. m. p. m.
t. et. ob. m. l.

Non vulganda consilia.



Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum
Groscacis clausit Dædalus in latebris:
Depictum Romani Phalanx in prælia gestat,
Semiuirōque nitent signa superba boue.
Nōsque monent: debere ducum secretæ latèrē
Consilia. auctori cognita techna nocet.

Nec quæstioni quidem
cedendum. *Cicero. b.*



Cecropia effictam quam cernis in arce Leanan,
Harmo dij (an nescis bofes?) amica fuit.
Sic animum placuit monstrare uiraginis acrem
More feræ, nomen uel quia tale tulit.
Quod fidibus contorta, suo non prodidit ullum
Indicio, elingue m reddidit Iphicrates.

PRUDENTIA.

Consilio, & virtute Chimæran
superari, id est, fortiores
& deceptores.




Bellerophon (ut fortis eques) superare Chimæran,
Et Licij potuit sternere monstra soli.
Sic tu Pegaseis uectus petis æthera pennis.
Consilioque animi monstra superba domas.

Vigilantia, & custodia.




instantis quod signa canens det gallus eoi,
 Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
 Turribus in sacris effingitur, ærea mentem
 Ad superos peluis quod reuocet uigilem,
 Est leo. sed custos oculis quia dormit apertis: *Vigilans*
 Templorum idcirco ponitur ante fores.

Νῦν φενὸς μέμνος ἀποτελεῖ. ἔρθη ταῦτα τῷ
φενῷ. Sobriè viuendum: & non
temerè credendum.




N: credas ne (Epicharmus ait) non sobrios esto,
Hi nerui, humanae membraq; mentis erunt:
Ecce oculata manus credens id quod uidet. Ecce
Pulegium, antiquæ sobrietatis olus,
Quo turbam ostendo sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem.

Γη αερέθνει τι ἡγεσας τι μοι δέουδεν
ἐτελέσθι: Quid excessi? quid
admisisti? quid omisi?



italicus Samius sectae celeberrimus autor
Ipse suum clausit carmine dogma breui.
Quo prætergressus? quid agis? quid omittis agendum?
Hanc rationem urgens reddere queritur sibi.
Quod didicisse gruum uolitantum ex agmine fertur,
Arreptum gestant que pedibus lapidem,
Ne cessent, ne transuersas mala flamina raptent.
Qua ratione hominum uita regenda fuit.

Prudentes. Problema.



Iane bifrons, qui iam transacta futuraq; calles,
Quiq; retro sannas (sicut et ante) iuides,
Tot te cur oculis, tot fingunt uultibus? an quod
Circumspectum hominem forma fuisse docet?

Prudens, magis quam
loquax.



Noctua Cecropijs insignia præstat Athenis,
Inter aves sani Noctua consilijs.
Armifera merito obsequijs sacrata Minervæ est,
Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Maturandum.



Maturare iubent properè, et cunctarier omnes.

Ne nimium præcips, neu mora longa nimis,

Hoc tibi declareret connexum echeneide telum,

Hæc tarda est, uolitant spicula missa manu.

In deprahensum.



Iam dudum quacunque fugis te persequor, at nunc
Casibus in nostris dñeque captus ades.
Amplius haud poteris uires eludere nostras.
Ficulno anguillam strinximus in folio.


Custodiendas virgines.



Vera hæc effigies innuptæ est Palladis: eius
Hic Draco, qui dominæ constitit ante pedes.
Cur diuæ comes hoc animal: custodia rerum
Huic data, sic lucos, sacraq; templa colit.
Innuptas opus est cura asseruare puellas
Peruiglii laqueos undique tendit amor.



Vino prudentiam augeri.



Hec Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
Templa tenent, soboles utraque uera iouis:
Hec caput, ille femur soluit: huic usus oliui
Debitus: inuenit primus at ille merum.
Iunguntur merito, quod si qui abstemius odit
Vina: Deo nullum sentiet auxilium.



Prudentes vino abstinent.




*Quid me uexatis rami sum Palladis arbor,
Auferte hinc botros virgo fugit Bromium.*



In statuam Bacchi.

DIALOGISMVS.



Bacche pater: quis te mortali lumine nouit?
Et docta effinxit quis tua membra manus?
Praxiteles, qui me rapientem Gnosida uidit,
Atque illo pinxit tempore qualis eram.
Cur iuuenis, teneraque etiam lanugine uerrat
Barba, qucas Pylium cum superare senem?

Muneribus quandoque meis si parcere disces
 Junior, & forti pectore semper eris.
 Tympana non manibus, capiti non cornua defunt.
 Quos (nisi dementeis) talia signa decent?
 Hoc doceo, nostro quod abusus munere sumit
 Cornua: & insanus mollia fistra quatit.
 Quid uult ille color membris penè igneus (omen
 Absit) an humanis urcris ipse foci?
 Cum Semel es de uentre parens me fulmine traxit
 Igniuomo: infelix puluere mersit aquis.
 Hinc sapit hic, liquidis qui nos bene dilexit undis:
 Qui non ardenti torret ab igne iecur.
 Sed nunc me doceas qui uis miscerier? & qua
 Te sanus tutum prendere lege queat?
 Quadrantem addat aquæ, calicë sumpsisse falerni
 Qui cupid. hoc sumi pocula more iuuat.
 Stes intra heiminas: nam qui procedere tendit
 Ultrà: alacer, sed mox ebrius inde furit.
 Res dura hec nimium, sunt pendula guttura, dulce
 Tu fluis. Heu facile commoda nulla cadunt.



Gramen.



Gramineam Fabio patres tribuere corollam,
Fregerat ut Poenos Hannibalémq; mora.
Occult inflexo nidum sibi gramine alauda,
Vulgo aiunt, pullos sic fouet illa suos.
Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adæso
Polybides, factus creditur esse Deus.
His merito arguitur nodis tutela salúsq;
Herbáq; tot uires hec digitalis habet.


IVSTITIA.

Nec verbo, nec facto quen-
quam ladedendum.



Assequitur, Nemesisq; uirum uestigia seruat,
Continet et cubitum, duraq; fræna manu.
Nè male quid facias: nè ue improba uerba loquaris:
Et iubet in cunctis rebus adesse modum.

Tandem, tandem Iustitia
obtinet.



Aeacide Hectoreo perfusum sanguine scutum,
Quod Gracorum Ithaco concio iniqua dedit:
Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum

Naufragio, ut dominum posset adire suum.
Littoreo Aiacis tumulo namque intulit unda,

Que boat, & tali uoce sepulchra ferit.
Vicisti Telamoniade, tu dignior armis.

Affectus fas est cedere iustitiæ.

Etiā ferociſmos domari.



Romanum postquā m̄ eloquii Cicerone perempto,
Perdiderat patriæ pestis acerba ſue:
Inſcendit currus uictor, iunxitq; leones,
Compulit & durum colla ſubire iugum,
Magnanimos ceſſiſe ſuis Antonius armis,
Ambage hac cupiens ſignificare duces.

Gratiam referendam.




Aërio insignis pietate Ciconia nido,
Inuestes pullos pignora grata fouet.
Taliāq; expestat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat et ore cibos.
Plutarck: lib: de industiis, atq;

24

*P*rimo secessit in officia legi ut in campis patribus utri C 3 mons foliis
primum adiutorum sed tempore Cicones congregetur cum quod vicina adiutoria lac-
raria venientia ab aliis non absente, post eisdem tempore et locis non invenire. Sunt ergo lacri-
mæ longioræ vel latioræ, id est expitioræ.
Eximia visus hinc annis etiam etiam quibus temporis impendebat fortis, adiutoria his
tempore et alio in multis luce inveniuntur ab aliis.

Abstinencia.



Marmorea in tumulis una stat parte columnæ
Urceus, ex alia cernere maliutium est.
Ius hec forma monet dictum sine sordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.

Bonis à diuitibus, nihil
timendum.



Iunctus contigo Marius mihi pariete, nec non
Subbardus, nostri nomina nota fori,
Aedificā bene nummati, sat aguntq; uel ultrō
Obstruere heu nostris undique luminibus.
Me miserum, geminæ quem tanquam Phinea raptāt
Harpiaæ, ut proprijs sedibus ejsciant.
Integritas nostra, atque animus questor honesti,
His nisi sint Zetes, his nisi sint^o Calais.

C 4

Phineus Rex Arcadiæ et filios
Tauri procul ab uxori alienigena, res
Amoris ipsa sibi concubina pietate
Provoxit, illis vapnissimis exorsa
vixit, etiam amorem suum in



FORTITVDO.

Signa Fortium.

DIALOGISMVS.



Quæ te causa mouet uolucris Saturnia, magni
Ut tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo. Quātū inter aues ego robore præsto,
Tantum Semideos inter Aristomenes.
Insidiant timide timidorum busta columbe,
Nos aquile intrepidis signa benigna damnum.



A'νεχσ ηγι απω'χσ.



Et toleranda homini tristis fortuna ferendo est,
Et nimium felix sepe timenda fuit.
Sustine (Epictetus dicebat) et abstine oportet
Multa pati, illicitis absq; tenere manus.
Sic ducis imperium uincus fert poplite taurus
In dextro: sic se continet à grauidis.

In adulari nescientem.



Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora
Mutet, & ut uarios querat habere duces:
Nescit adulari, cuiquamue obirudere palpum,
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed ueluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
Nec scire tamen domino fas, ultio sola est,
Dura ferum ut iubeat ferre lupata magis.

Obdurandum aduersus
vrgentia.



Nititur in pondus palma, et consurgit in arcum,
Quo magis et premitur: hoc magis tollit onus.
Fert et odoratas bellaria dulcia glandes,
Quae mensas inter primus habetur honos.
I puer, et reptans ramis has collige, mentis
Qui constantis erit, praemia digna feret.

Omnia mea mecum porto.



Hunnus inops Scythicis; miserrimus acola ponti,
vstus per perpetuo liuida membra gelu.
Qui Cereris non nouit opes, nec dona Lyxi,
Et pretiosa tamen stragula semper habet:
Nam murine illum perstringunt undiq; pelles.
Lumina sola patent, cætera operus agit.
Sic furē haud metuit, sic uento stemnit & himbres.
Tutus apudq; uiros, tutus apudq; deos.

CONCORDIA.

Concordiæ Symbolum.




Corniculum mira inter se concordia uite est,
Mutua st̄atq; illis intemerata fides.
Hinc uolucres hæc sceptrâ gerūt, q; scilicet omnes
Consensu populi st̄antq; caduntq; duces:
Quem si de medio tollas, discordia præceps.
Aduolat, et secum regia fata trahit.

Concordia.



in bellum ciuile duces cum Roma pararet,
Viribus et caderet Martia terra suis:
Mos fuit in partes turmis coëuntibus easdem,
Coniunctas dextræ mutua dona dari.
Foederis hæc species, id habet Concordia signum,
Ut quos iungit amor, iungat et ipsa manus.

Concordia insupe-
rabilis.



Tergeminos inter fuerat concordia fratres.
Tanta simul pietas mutua, & unus amor:
Inuicti humanis ut viribus ampla tenerent
Regna, uno dicti nomine Geryonis.

Vnum nihil, duos pluri-
Sagum loq' mūm posse.
janitum.



Laërtē genitum, genitum quoque Tydeos un*i*,
Hac cera expreſſit Zenalis apta manus,
Viribus hic preſtat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti ueniant, uictoria certa est.
Solum mens hominem, dextrāne deſtituit.

Firmissima conuelli
non posse.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes:
Danubiūmq; omnem barbare Turcā bibas.
Non tamen irrumpes per fracto limite: Cesar
Dum Charlus populis bellica signa dabit.
Sic sacre quercus firmis radicibus astant,
Sic ca licet uenti concutiant folia.



S P E S.

Spes proxima.




Innumeris agitur res pub. nostra procellis,
Et spes uentura sola salutis adest:
Non secus ac nauis medio circum æquore uenti
Quam rapiunt: falsis iamque fatiscit aquis.
Quod si Helenæ adueniant lucentia sydera frates:
Amisos animos spes bona restituit.






DIALOGISMVS.

Que Dea tam leto fusp. etans sydera uulki?
 Cuius peniculis redditia imago fuit?
 Elpidij fecere manus. Ego nominor illa,
 Que miseris prōptam Spes bona præstat opē.
 Cur uiridis tibi palla? Quid omnia me duce uernici?
 Quid manibus mortis tela refracta geris?



Quod uiuos sperare decet, praecido sepultis.
Cur in dololi tegmine pigra sedes?
Sola domi mansi uolitantibus undique noxis,
Ascræi ut docuit musa uerenda senis.
Quæ tibi adest uolucris? Cornix fidissimus oscen,
Est bene cum nequeat dicere: dicit, Erit.
Qui comites? Bonus euentus, præcep sq; Cupido,
Qui præceunt? Vigilum somnia uana uocant.
Quæ tibi iuncta astat? Scelerum Ramnusia uimex,
Scilicet ut speres nil nisi quod liceat. p. 54.

In dies meliora.



Rostra nouo mibi setigeri suis obtulit anno,
 Hecq; cliens uentri xenia(dixit) habe.
 Progreditur semper,nec retro respicit unquam,
 Gramina cum pando proruit ore uorax.
 Cura uiris eadem est,ne spes sublapsa retrorsum
 Cedat: & ut melius sit,quodq; ulterius.



Illicitum non sperandum.



Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet ut speres non nisi quod liccat.



PUDICITIA.

55



PUDICITIA.



Porphirio domini si incestet in ædibus uxori,
Despondetq; animum, præq; dolore perit.
Abdita in arcanis naturæ est causa sit index
Syncera hec uolucris certa pudicitie.





VITIA.

*Epi. 1st. p. 15. l. 1. v. 1. f. 1. l. 1.**Ludovicus**xvi. f. 1. l. 1.*

PERFIDIA.

In victoriam dolo partam.



Aiacis tumulum lachrymis ego perluo uirtus.


Heu misera albentes dilacerata comas.

Scilicet hoc restabat adhuc, ut iudice Graco

Vincerer: & causa stet potiore dolus.



In fraudulentos.



*Parua lacerta, atris stellatus corpora guttis
 Stellio, qui latebras, & caua busta colit,
 Inuidie, prauique doli fert symbola pictus.
 Heu nimium nuribus cognita zelotypis.
 Nam turpi obtegitur faciem lentigine quisquis,
 Sit quibus immersus Stellio, uina bibat.
 Hinc uindicta frequens decepta pellice uino,
 Quam formæ amissæ flore relinquit amans*

Dolus in suos.



Altilis alle etator anas, & cœrula pennis
 Adsuetæ ad dominos ire redire suos.
 Congeneres cernens uolitare per æra turmas
 Garrit: in illarum se recipitque gregem,
 Prætensa incautas donec sub retia ducat.
 Obstrepitant captæ, conscientia at ipsa silet.
 Perfida cognato se sanguine polluit ales,
 Officiosa alijs, exitiosa suis.



Maledicentia.



Archilochi tumulo insculptas de marmore ueſpas
Esſe ferunt, lingue certa ſigilla male.



In receptatores sicariorum.




Latronum furūmque manus tibi Scēua per urbem
 It comes: & dīris cīcta cohors gladijs.
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,
 Quòd tua complureis allicit olla malos.
 En nouis Actæon, qui postquam cornua sumpsit,
 In prædam canibus se dedit ipse suis.

In adulatores.




Semper hiat, semper tenuem qua uescitur auram,
 Reciprocat Chameleon,
 Et mutat faciem, uarios sumitq; colores,
 Præter rubrum, uel candidum:
 Sic & Adulator populari uescitur aura,
 Hiānsq; cun eti deuorat.
 Et solum mores imitatur principis atros,
 Albi, & pudici nescius. — *pro fuga l. Regis.*





Lo si Contento che man è t' tra me.

E qui semel sua prodegerit, aliena
credi non oportere.




Colchidos in gremio nidum quid congeris? eheu

Nescia cur pullos tam male credis auis?

Dira parens Medea suos seuisima natos

Perdidit, & speras parcat ut illa tuis?



STVLTTIA.

Temeritas.



In præceps rapitur, frustra quoque tendit habens.

Auriga: effræni quem uehit oris equus.

Haud facile huic credas, ratio quem nulla gubernat,


Et temere proprio ducitur arbitrio.

Furor, & rabies.



Ora gerit clypeus rabiosi picta leonis,
Et scriptum in summo margine carmen habet:
Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

In temerarios.



*A spicis aurigam currus Phaëtona paterni
 Igniuomos aūsum flectere solis equos.
 Maxima qui postquam terris incendia sparsit:
 Est temerè infesso lapsus ab axe miser.
 Sic plerique rotis Fortune ad sydera R̄ges
 Euecti:ambitio quos iuuenilis agit:
 Post magnam humani generis cladēmque suāmque,
 Cunctorum pœnas denique dant scelerum.*

In eos qui supra vires quic-
quam audent.




Dum dormit, dilei recreat dum corpora somno,
Sub picra. & clauam ceteraque arma tenet,
Alciden Pygma manus posternere letho
Posse putatiures non bene docta sua.
Excitus ipse, uelut pulices, sic proterit hostem,
Et senu implicitum pelle leonis agit.

Impossible.



Abluis Aethiopem, quid frustra ab desine noctis
Illustrare nigre nemo potest te nebras.



Cuculi.




Ruricolas, agreste genus, plerique cuculos
Cur uocant, quenam prodita causa fuit?
Vere nouo cantat Coccyx, quo tempore uites
Qui non absoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit uxor adulterio.

Vespertilio.



*Assumpisse suum uolucris ex Meneide nomen,
Socraticum autores Chærephoonta ferunt,
Fusca uiro facies, & stridens uocula, tali
Hunc hominem potuit commaculare nota.*



Aliud.



Vespera que tantum uolitat, que lumine lusca est,
 Que cum alas gestet, cetera muris habet,
 Ad res diuersas trahitur. mala nomina primum
 Signat, que latitant iudiciumq; timent.
 Inde et philosophos, qui dum caelestia querunt,
 Caligant oculis, falsaque sola uident.
 Tandem et uersutos, cum clam sectentur utrumq;
 Acquirunt neutra qui sibi parte fidem.

Ira.



Alceam ueteres caudam dixere Leonis,
Qua stimulante iras concipit ille graues.
Lutca cum surgit bilis, crudescit & atro
Felle dolor, furias excitat indomitas.

In eum qui sibi ipsi damnum
apparat.




Capra lupum non sponte, meo nunc ubere lacto,
Quod male pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post ubera pascet.
improbitas nullo fletitur obsequio.

Fatuitas.



Miraris nostro quod carmine diceris Otus,
 Sit uetus à proauis cum tibi nomen Otho.
 Aurita est similes, & habet ceu noctua plumas,
 Saltantemque aucep mancipat aptus auem.
 Hinc fatuos, captu & faciles, nos dicimus otos,
 Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Obliuio paupertatis parens.



Cum lupus esuriens mandit cervarius escam,
 Preq; fame captum deuorat hinnuleum,
 Respiciat si forte alio, uel lumina ueritatis,
 Presentem oblitus quem tenet ungue cibum,
 Queritat incertam (tanta est obliuio) predam.
 Qui sua neglexit stulte, aliena petit.


S V P E R B I A.

Superbia.



En statua statua, & ductum de marmore marmor,
Se conferre deis ausa procax Niobe.
Est uitium muliebre superbia, & arguit oris
Duritiam, ac sensus, qualis inest lapidi.


Impudentia.



Pube temus mulier, succincta latrantibus infra
Monstrorum catulis, Scylla biformis erat.
Monstra putantur avaricies, audacia, raptus.
At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.



ΦΙΛΑΥΤΙΑ.



Quòd nimium tua forma tibi Narcisse placebat,
 In florem, & noti est uersa stuporis olus.
 Ingenij est marcor, cladésque Philautia: doctos
 Que pessum plures dátque deditque uiros.
 Qui ueterū abiecta methodo, noua dogmata qrunt,
 Nilque suas præter tradere phantasias.



Garrulitas.



Quid matutinos Progne mihi garrula somnos
Rumpis? & obstrepero Daulias ore canis?
Dignus epops Tereus, qui maluit ense putare
Quam linguam inmodicam stirpitus eruere.

INVIDIA.



Squallida uipereas manlucans foemina carnes,
Cuique dolent oculi, quæq; suum cor edit,
Quam macies, & palor habent, spinosaq; gestat
Tela manu. Talis pingitur inuidia.

L V X V R I A.

In honorem libidinosum.
Luxuria.



Eruca capipes redimitus tempora Faunus
Immodicæ Veneris symbola certa refert.
Est eruca salax, indexque libidinis hircus,
Et satyri nymphas, semper amare solent.

Luxuriosorum opes.




Rupibus aëris, summi que crepidine saxi
Immitis fructus ficus acerba parit,
Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix.
Qui nihil humanae commoditatis habent,
Sic fatuorum opibus parasiti, et scorta fruuntur:
Et nulla iustos utilitate iuvant.




Tumulus meretricis.

Διαλογισμῶς.



Quis tumul⁹? Cuiā urna? Ephyrae est Laidos ah, nō
 Erubuit tantum perdere Parca decus?
 Nulla fuit tum formatillam iam carpserat etas,
 Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.
 Quid sculptus sibi uult aries quem parte leena
 Vnguis apprehensum posteriore tenet?
 Non aliter captos quod̄ et ipsa teneret amantes,
 Vir gregis est aries, clune tenetur amans.



In amatores meretricum.



villoſæ indutus pifator tegmina capræ,
Addidit ut capiti cornua bima ſuo,
Fallit amatorem ſtans ſummo in littore Sargum:
In laqueos ſimi quem gregis ardor agit.
Capra refert ſcortum, ſimilis fit Sargus amanti,
Qui miſer obſcenο captus amore perit.

Cauendum à meretricibus.



Sol satae Circes tam magna potentia fertur,
 Verterit ut multos in noua monstra uiros.
 Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,
 Atque Ithaci postquam uina bibere sues.
 Indicat illustri meretricem nomine Circe,
 Et rationem animi perdere, quisquis amat,

Amuletum Veneris.



Inguina dente fero suffosum Cypris Adonim
Lactuce & folijs condidit exanimem.
Hinc genitali aruo tantum lactuca resistit,
Quantum eruca salax uix stimulare potest.

Inuiolabiles telo Cupidinis.



Ne dirus te uincat amor, ne fœmina mentem
 Diripiatur magicis artibus ulla tuam:
 Bacchica aus pœsto tibi motacilla paretur,
 Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
 Ore crucem & cauda, & geminis ut complicit alis,
 Tale amuletum carminis omnis erit.
 Dicitur hoc Veneris signo Pagasæus Iason
 Phasiacis ledinon potuisse dolis.

Lasciuia.

P R O B L E M A.



Delicias, & molliciem mus creditur albus mus felu
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quod ei natura salax, & multa libido est?
 Ornata Romanas an quia pelle nurus?
 Sarmaticum murem uocitant plerique Zibellum,
 Et celebris suavi est unguine muscus Arabs.

DESIDIA.

Desidia.




Desidet in modio Eſſeus, ſpeculator & aſtra,
Subtus & accenſam contegit igne facem.
Segnities ſpecie recti, uelata cuculo,
Non ſe, non alios utilitate iuuat.

Desidiam abijciendam.



Quisquis incers abeat. Nam in chœnice figere sedem,
Nos prohibent Samij dogmata sancta senis.
Surge igitur: durōque manus adfusce labori,
Det tibi dimensos crastina ut hora cibos.

In facile à virtute descientes.



Parua uelut limax spreto Remora impete uenti,
Remorūmque, ratem sistere sola potest.
Sic quosdam ingenio, & uirtute ad sidera uectos,
Detinet in medio tramite, causa leuis:
Anxia lis ueluti est: uel qui meretricius ardor
Egregijs iuuenes seuocat à studijs.

Ignaui.



Ignaui ardeolam stellarem effingere serui
Et studia, er mores fabula prisca fuit.
Quæ famulum Asteriæ uolucris sumpsisse figuram:
Est commenta: fides sit penes historicos.
Degener hic ueluti qui cæuet in aëre falco est,
Dictus ab antiquis uatibus ardelio.



AVARITIA.

Avaritia.



Heu miser in medijs sitiens stat Tantalus undis,
Et pomæ esuriens proxima, habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur, auare,
Qui, quasi non habeas, non frueris quod habes.

In auaros.



Sepiuus populos inter ditissimus omnes,
Arua senex nullus quo magis ampla tenet.
Defraudans geniumque suum, mensasq; paratas,
Nil praeter betas, duraque rapa uorat.
Cui similem dicam hunc, in opem quem copia reddit?
An' ne asino? Sic est: instar hic eius habet.
Namque asinus dorso pretiosa opsonia gestat.
Séque rubo, aut dura carice pauper clit.



In aulicos.



Vana Palatinos quos ducat aula clientes,
Dicitur auratis necdere compedibus.



In sordidos.



Quæ rostro (clystere uelut) sibi proliuit aluum
Ibis, Niliacis cognita liti oribus,
Transiit opprobrij m̄ nomen. quo Publius hostem
Naso suum appellat, Battiadēsque suum.

In diuites publico malo.



Anguillas quisquis captat, si limpida uerrat
 Flumina, si illimes ausit adire lacus,
 Cassus erit, ludetque operam multum excitet ergo
 Si cretae, et uitreas palmula turbet aquas:
 Diues erit. Sic ijs res publica turbida lucro est,
 Qui pace, arctati legibus, esuriunt.



In auaros, vel quibus melior
conditio ab extraneis
offertur.



Delphini insidens uada cœrula sulcat Arion,
Hocque aures mulcet, frenat & ora sono.
Quam sit auari hominis, non tā mēs dira ferarū est.
Quique uiris rapimur, piscibus eripimur.



G V L A.



*Curculione gruis tumida uir pingitur aluo,
Qui Laron, aut manibus gestat Onocrotalum
Talis forma fuit Dionysi, & talis Apici,
Et gula quos celebres deliciosa facit.*



Ocni effigies. De his qui meretribus donant, quod in bonos
visus verti debeat.



Impiger haud cessat funem contexere sparto,
Humidaque artifici iungere fila manu.
Sed quantum multis uix torquet strenuus horis,
Protinus ignavi uentris ascella uorat.
Fœmina incrs animal facili con gesta marito
Lucrara pit, mundum prodigit inq; suum.

In parasitos.



Quos tibi donamus, fluviales accipe cancros,
 Munera conueniunt moribus ista tuis.
 His oculi uigiles, & forfice plurimus ordo
 Chelarum armatus, maximus ique alius adest.
 Sicutib[us] propensus stat pingui abdome uenter,
 Pernicetque pedes, spiculaque apta pedi.
 Cum uagus in triujs, mens eq[ue] sedilibus errat,
 Inq[ue] alios mordax scommata falsa iacis.

Paruam culinam, duobus
ganeonibus non
sufficere.



In modicis nihil est quod quis lucretur: & unum
Arbustum geminos non alit Erythacos.

A L I V D.

Intenui spes nulla lucri est: unoq; residunt
Arbusto geminæ non bene Ficedulæ.

Gemini fum auem in den blabes fidei in


Captiuus ob gulam.



Regnatorq; penus, mensæq; arrosor herilis
Ostrea mus summis uidit hiulea labris.
Quæs tenerā apponēs barbā falsa ossa momordit,
Ast ea clauerunt tæta repente domum.
Deprensum & tetro tenuerunt carcere furem,
Semet in obscurum qui dederat tumulum.

In garrulum & gulosum.

*Advocatus in Piscis, sive animalibus
ganga et ceteris.*



Voce boat torua, prelargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi multiforisque tubæ.
Deformem rabulam, addictum uentrique guleq;
Signabit, uolucer cum truo pictus erit.

DOCTORVM AGNO-
MINA.

Moris uetus est, aliqua professoribus
Superadijci cognomina.
Faciles apertosq; explicans tantum locos,
Canon uocatur Curtius.
Reuoluitur qui eodem, & iteratq; nimis
Maander, ut Parisius.

Obscurus & confusus, ut Picus fuit,
Labyrinthus appellabitur.
Nimis breuis, multa amputans, ut Claudius,
Mucronis agnomen feret.
Qui uel columnas uoce rumpit, Parpalus,
Dictus truo est scholasticis.
Contra est uocatus, tenuis esset Albius
Quod uoce, uespertilio.
At ultimas mutilans colobotes syllabas,
Hirundo Crassus dicitur.
Qui surdus alijs, solus ipse uult loqui,
Ut sturnus in prouerbio est.
Hic blesus, ille raucus, iste garriens.
Hic sibilat cœu uipera.
Tumultuatur ille rictu & naribus.
Huic lingua terebellam facit.
Singultit alijs, atq; tuſſit hæſitans.
Confusuit alijs ut pſecas.
Quam multa rebus uitia in humanis agunt,
Tam multa ſurgunt nomina.



N A T V R A.

Vis naturæ.



Pana colunt gentes, (naturam hoc dicere rerum est)

Semicaprūmq; hominem, semiuirūmq; Dcūm.

Est uir pube tenus, quòd nobis insita uirtus

Corde oriens, celsa uerticis arce sedet.

Hinc caper est, quia nos natura in secula propagat

Concubitu: ut uolucres, squamea, bruta, feras.

Quod commune alijs animantibus, est caper index

Luxurie, Veneris signaque aperta gerit.

Cordi alijs sophian, alijs tribu'ere cerebro.


Inferiora modus, nec ratio ulla tenet.

Ars Naturam adiuuans.




Ut spiere Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
 Artibus hic, uarijs casibus illa precepit.
 Aduersus uim Fortunæ est ars facta, sed artis
 Cum Fortuna mala est, sepe requirit opem.
 Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,
 Que certe secum commoda sortis habent.

In iuuentam.



Natus uterque Iouis, tener atque imberbis uterq;
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
 Saluete, æterna simul & florete iuuenta,
 Numine sit nostro que diurna mihi.
 Tu uiuo curas, tu uictu dilue morbos,
 Ut lento accedat sera sene eti pede.

In quatuor tempora anni.



Aduenisse hyemem fringilla renuntiat ales.

Ad nos uere nouo garrula hirundo redit.
Indicat aestatem sese expetare cuculus.

Autumno est tantum cernere ficedulas.


ASTROLOGIA.

Scyphus Nestoris.



Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti massa profudit opus.
Claviculi ex auro: stant circum quatuor anse:
Vnam quanque super fulua columba sedet.

Solus cum potuit longeius tollere Nestor.
Meonide doceas quid sibi musa uelit?
Est cœlum scyphus ipse. color argenteus illi est:
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas.
Vmblici gemini, magna minórque fera est.
Hæc Nestor longo sapiens intelligit usū,
Bella gerunt fortis, callidus astra tenet.




Quæ supranos, nihil ad nos.




*Caucasia eternum pendens in rupe Prometheus
Diripitur sacri præpetis ungue iecur.
Et nollet secisse hominem: figulōsque perosus
Accensam rapto damnat ab igne facem.
Roduntur uarijs prudentum pectora curis,
Qui cœli affe etant scire, deūmque uices.*

In astrologos.



Icar per superos qui raptus ex aëra, donec
In mare præcipitem cæra liquata daret,
Nunc te cæra eadem, feruēnsque exuscitat ignis,
Exemplo ut doceas dogmata certa tuo.
Astrologus caueat quicquam prædicre precepit
Nam cadet impostor, dum super astra uolat.

Qui alta contemplantur
cadere.



Dum turdos uisco, pedica dum fallit alaudas,
Et iacta altiuolam figit harundo gruem,
Dipsada non prudens auceps pede perculit: ultrix
illa mali, emissum uirus ab ore iacit.
Sic obit, extento qui sydera respicit arcu.
Securus fati, quod iacet ante pedes.






A M O R.

Potentissimus affectus amor.



A spicet ut invictus uires aurigae leonis,
 Expressas gemma pusio uincat amor:
 Utq; manu hac scutica tenet, hac ut flectit babenar,
 Utq; est in pueri plurimus ore decor.
 Dira lues procul esto: feram qui uincere talem
 Est potis, à nobis temperet iunc manus?

Potentia amoris.



Nudus Amor uiden' ut ridet, placidumq; tueiur?
Nec faculas, nec quæ cornua sive etat habet.
Altera sed manum flores gerit, altera piscem,
Scilicet ut terræ iura det, atque mari.



Vis amoris.



*Ali gerum fulmen fregit Deus aliter igne
Dum demonstrat uti est fortior ignis amor.*



In studiosum captum
Amore.



Immersus studijs dicundo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helianira amat, quantum nec Thracius inquam
Princeps sororis pellicem.
Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
Num sat sub Ida est vincere?



Aυτέρω, id est amor virtutis.

Διαλογισμῶς.



Dic ubi sunt incurui arcus: ubi tela Cupido?

Mollia quēs iuuenum figere corda soles?

Fax ubi tristis: ubi pennae: tress unde corollas

Fert manus: unde aliam tempora cincta gerunt?

Haud mihi vulgari est, (hos spes) cū Cypride quicquā

Vlla uoluptatis nos neque forma tulit,

Sed puris hominum succendo mentibus ignes

Disciplinæ: animos astrisque ad alta traho.

Quatuor eq; ipsa texo uirtute corollas,

Quarum que Sophie est, tempora prima tegit.

*Aurēgos, Amor virtutis, alium
Cupidinem superans.*



*Aligerum, aligerōque inimicum pinxit Amori,
Arcu arcum, atque ignes igne domans Nemesis.
Ut quæ alijs fecit patiatur at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.
Ter spuit, inq; sinus imos (res mira) crematur
Igne ignis, furias odit Amoris Amor.*

Ciborum q; fecit nec ciborum finire reuolut.

Dulcia quandoq; amara
fieri.



Matre procul licet, paulum secesserat infans
Lydius: hunc diræ sed rapuistis apes.
Venerat hic ad uos placidas ratus esse uolucres,
Cùm nec ita inmittis uipera sœua foret.
Quæ datis ah, dulci stimulus promunere mellis.
Proh dolor, Heu sine te gratia nulla datur.

Ferè simile ex Theocrito.



Alueolis dum mella legit: percussit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 In digitis: tumido gemit at puer anxius ungue.
 Et quatit errabundus humum: Venerique dolore
 Indicat, & grauiter queritur, quod apicula paruum
 Ipsa inferre animal tam noxia uulnera poscit.
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque dixit
 Nate feram, qui das tot noxia uulnera paruus.

In statuam Amoris.



Quis sit Amor, plures olim cecinere Poëte,
 Eius qui uario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, q[uod] ueste caret, quod corpore parvus.
 Tela, alisque ferens, lumina nulla tenet.
 Hæc ora, hic habitusque Dei est. Sed dicere tantos
 Si licet in uates, falsa subesse reor.
 Ecce nudus agat diu quasi pallia de sint,
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.


Aut qui queso niues boreamque euadere nudus,
 Alpinum potuit, strictaque prata gelu?
 Si puer est, puerum' ne uocas qui Nestora uincit?
 An nosti Ascrei carmina doctrina senis?
 Inconstans puer, hic obdurans: pectora que iam
 Trans adiit, nunquam linquere sponte potest.
 At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 An curuare infans cornua dura ualeat?
 Alas cur ue tenet, quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in uolucrum flectere tela iecur.
 Serpit humi, sempèr que uirum mortalia corda
 Ledit. & haud alas faxeus inde mouet.
 Si cæcus, uittamque gerit, quid tænia cæco
 Vt ilis est? ideo num minus ille uidet?
 Quis ue sagittiferum credat, qui lumine captus?
 Hic certa, ast cæci spicula uanamouet.
 Igneus est aiunt, uersuq; in pectore flammæ.
 Cur age uiuit adhuc omnia flamma uorat.
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur undis,
 Naiadum quoties mollia corda subite?
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,
 Verus quid sit Amor carmina nostra ferent.
 Iucundus labor est, lasciuia per ocia signum
 Illiis est, nigro punica glans clypeo.

In obliuionem patriæ.




Iam dudum missa patria, oblitusque tuorum,
Quos tibi seu sanguis, siue paravit amor,
Romam habitas: nec cura domum subit illa reuerti.
Aeternè tantum te capit urbis honos.
Sic Ithacum præmissa manus dulcedine Loti
Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.


Sirenes.




Absque aliis uolueres, & crucibus absque puellas,
 Rostro absq; & pisces, qui tamen ora canant,
 Quis putet esse ullos? iungi haec natura negauit
 Sirenes fieri sed potuisse docent.
 Illicitum est mulier, quæ in pescem desinit atrum,
 Plurima quòd secum monstra libido uehit.
 Aspectu, uerbis, animi candore, trahuntur,
 Parthenope, Ligia, Leucosia que uiri.
 Has muse ex pluram, has atque illudit Ulysses.
 Scilicet est doctis cum meretrice nihil.



Senex puellam amans.



Dum Sophocles (quamuis affe etatate) puellam
A questu Archippen ad sua uota trahit,
Allicit & pretio, tulit aegrè insana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine utrunque notat,
Noctua ut tumulis, super utq; cadavera bubo,
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.






In colores.




Index mœstiae est pullus color, utimur omnes
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.
 At synceri animi, & mentis stola candida pure.
 Hinc syndon sacris linea grata viris.
 Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse
 In viridi, quoties irrita retro cadit.



Est cupidis flauus color, est et amantibus aptus,
Et scortis, et quies spes sua certa fuit.
At ruber armatos equites exornet amictus,
Indicit et pueros erubuisse pudor.
Ceruleus natus, et qui cœlestia uates
Attoniti nimia religione petunt.
Vilia sunt giluis natu'aque uellera birris,
Qualia lignipedes stragula habere solent.
Quem curae ingentes cruciant, uel zelus amoris
Creditur hic fulua non male ueste tegi.
Quisquis sorte sua contentus, ianthina gestet,
Fortunæ et quanimis tædia qui que ferat.
Ut uaria est natura coloribus in gignendis,
Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.



FORTVNA.
Virtuti, Fortuna comes.



Anguibus implicitis, geminis caduceus alis,
Inter Amaltheæ cornua rectus adest.
Pollen tes sic mente uiros, fandi que peritos
Indicat, ut rerum copia multa beet.



Fortuna, Virtutem superans.



Cæsareo postquam superatus milite ,uidit
 Ciuli undantem sanguine Pharsaliam:
Iamiam stricturus moribunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
Infelix Virtus & solis prouida uerbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominame

Paupertatem summis ingenijis
obesse, ne prouehantur.



Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas.
Ut me pluma leuat: sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas uolitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimerebat.

In occasionem.

Διαλογισμῶς.



Lysippi hoc opus est, Sycion cui patria Tu quis?

Cuncta domans capti temporis articulus.

Cur pinnis slas? usque rotor. Talaria plantis

Cur retines? Passim me leuis aura rapit.

In dextra est tenuis dic unde nouacula? Acutum

Omni acie hoc signum me magis esse docet.

Car in frōte coma? Occurrent ut prēdar. At heus tu

Dic cur pars calua est posterior capitise?

Ne semel alipedem si quis permittat abire,

Ne possim apprenso postmodò crine capi.

Tali opifex nos arte, tui causa, edidit hospes.

Vtq; omnes moneam: pergula aperta tenet.


In subitum terrorem.



*Effuso cernens fugientes agmine turmas,
Quis mea nunc inflat cornua? Faunus ait.*



In illaudata laudantes.




Ingentes Galatum semermi milite turmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
 Lucarum cum seuā boum uis, ira proboscis,
 Tum primum hostiles corripuisset equos.
 Ergo tropheā locans Elephantis imagine pinxit,
 Insuper & socijs occideramus ait,
 Bellua seruasset ni nos fœdissima barrus.
 Vt superasse iuuat: sic superasse pudet.

In momentaneam felicitatem.



Aëriam propter creuisse Cucurbita pinum
 Dicitur: ex grandi luxuriasse coma.
 Cum ramos complexa, ipsumq; egressa cacumen,
 Se præstare alijs credidit arboribus.
 Cui pinus: Nimium breuis est hæc gloria, nam te
 Protinus adueniet que male perdet hyems.


Ex damno alterius, alterius vtilitas.



Dum seuis ruerent in mutua uulnera telis,
Ungue leæna ferox, dente timendus aper,
Accurrit uultur spectatum, et prandia captat.
Gloria uictoris, præda futura sua est.



Bonis auspicijs incipiendum.




Auspicijs res cœpta malis, bene cedere nescit.

Felici que sunt omne fæta, iuuant.

Quicquid agis, mustella tibi si occurrat, omitte:

Signa malæ hæc sortis bestia praua gerit.




Nil reliqui.



Scilicet hoc deerat, post tot mala denique nostris
Locustæ ut raperent, quicquid inesset, agris.
Vidimus innumeras Euro duce tendere turmas,
Qualia non Atyle, castræ Xerxis erant.
Hæ fœnum, milium, corda omnia consumperunt,
Spes & in angusto est, stant nisi uota super.

Malè parta, malè dilabuntur.



Milus edax nimis quem nausea torserat esca,
Hei mihi mater ait viscera ab ore fluunt.
Illa autem quid fles? cur hec tua viscera credas,
Qui rapto uiuens sola aliena uomis?



Semper presto esse infortunia.



Ludabant parili tres olim estate puellæ
Sortibus: ad Stygias quo prior iret aquas.
Ast cui iactato male cesserat alea talo,
Ridebat sortis cæca puella suæ.
Cum subito icta caput labente est mortua tecto,
Soluit & audacis debita fata ioci.
Rebus in aduersis mala sors non fallitur: ast in
Faustis, nec precibus, nec locus est manui.

Remedia in arduo, mala
in prono esse.



Aetherijs postquam deiecit sedibus Aten
Iuppiter: heu uexat quam mala noxa uiros?
Euolat hæc pedibus celer, et pernicibus alis,
Intactumque nihil casibus esse sinit.
Ergo Lite, proles Iouis, hanc comitantur euntem,
Sarture quicquid fecerit illa mali.
Sed quia segnipes luscae, laſeq; sene eti,
Nil nisi post, longo tempore restituant.

HONOR.

Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis sua pignora passer,
Et bene:ni seu uisa dracone forent.
Glutijt hic pullos omnes, misérāque parentem
Saxeus, & tali dignus obire nece.
Hec, nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
Sunt longi, cuius fama perennis eat.



Ex literarum studijs immor-
talitatem acquiri.



*Neptuni tubicen, cuius pars ultima cetum,
Aequoreum facies indicat esse Deum:
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama uitros animo insignes, præclaraque gesta
Prosequitur: toto mandat & orbe legi.*



Tumulus Ioannis Galeacij Vicecomitis, primi Ducis Mediol.



Pro tumulo pone Italiam, pone armis, Ducesq;
 Et mare, quod geminos mugit adusque sinus.
 Adde his barbariem conantem irrumperet frustra,
 Et mercede emptas in fera bella manus.
 Anguiger est summo sistens in culmine, dicat:
 Quis paruis magnam me super imposuit?



Optimus ciuis.




Dum iustis patriam Thrasybulus vindicat armis,
Dumque similitates ponere quemque iubet,
Concors ordo omnis magni instar muneric, illi
Palladie scutum frondis habere dedit.
Cinge comā Thrasybule, geras hunc solus honore,
In magna nemo est emulus urbe tibi.

Strenuorum immortale
nomen.



Aeacide tumulum Rhœtæo in litorc cernis,
Quem plerunque pedes uisitat alba Thetis.
Obtegitur semper uiridi lapis hic amarantho,
Quod nunquam herois sit moriturus honos.
Hic Graiu murus magni nex Hectoris haud plus
Debet Meonide, quam sibi Meonides.

Nobiles & generosi.



Aurea Cecropias nec tebat fibula uestes:
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
Calceus Arcadico suberat cui linula ritu,
Gestatur patribus mulle a Romulidis.
Indigenas quod se adsererent: haec signa tulerunt
Antiqua illustres nobilitate uiri.

Duodecim certamina Herculis.

Αλκηστικῶς.



Roboris invicti superat facundia laudes.
Dicta Sophistarum laqueósq; resoluit manes.
Non furor, aut rabies virtute potentior ulla est.
Continuum ob cursum sapienti opulentia cedit.
Spernit

Spernit auaritiam, nec rapto aut foenore gaudet.
Vincit, fœmineos spoliatque insignibus actus.
Expurgat sordes, & cultum mentibus addit.
Illicitos odit coitus, abigitque nocentes.
Barbaries, ferit asque dat impia denique poenam.
Vnius uirtus collectos dissipat hostes.
Inuchtis in patria externis bona plurima ab oris.
Docta per ora uiru uolat, & non interit unquæ.





In nothos.


Herculeos spurij semper celebretis honores:
Nam uestri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius esse deus potuit, quam suggesteret infans
Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

Imparilitas.



Ut sublime uolans tenuem secat æra falco,
Ut pascuntur humi graculus, anser, anas:
Sic summi scandit super æthera Pindarus ingens,
Sic scit humi tantum serpere Bacchilydes.

In desciscentes.



Quod fine egregios turpi maculaueris orsus,
In nocturnaque tuum uerteris officium,
Fecisti, quod capra, sui mulieraria lactis
Cum ferit, et proprias calce profundit opes.

Aemulatio impar.



Altius lam milius comitatur degener harpam,
 Et præde partem sa pe cadentis habet.
 Mullum prosequitur qui spretas sargus ab illo,
 Preteritasq; auditis deuorat ore dapes.
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserta studentum
 Vtitur hoc lippo curia tanquam oculo.

Albutij ad Alciatum, suadentis ut
de tumultibus Italicis se
subducatur: & in Gallia
profiteatur.



Quæ dedit hos fructus arbor, cœlo aduena nostro,
Venit ab Eoo Persidis axe prius:
Translatu facta est melior: quæ noxia quandam
In patria: hic nobis dulcia poma gerit.
Fert folium lingue, fert poma simillima cordi,
Alciate hinc uitam degere disce tuam.
Tu procul à patria in pretio es maiore futurus:
Multum corde sapis, nec minus ore uales.

PRINCEPS.

Princeps subditorum incolumentem procurans.



Titanis quoties conturbant æquora fratres,
 Tum miseris nautis anchora iacta iuuat.
 Hanc pius erga homines Delphin cōpletebitur: imis
 Tutius ut possit figier illa uadis.
 Quām decet hæc memores gestare insignia Reges?
 Anchora quod nautis se populo esse suo?

In Senatum boni principis.

DIALOGIS MVS.



Effigies manibus truncæ ante altaria Diuum
 Hic resident: quarum lumine capta prior.
 Signa Pote statis summe, sanctiq; Senatus
 Thebanis fuerant ista reperta uiris.
 Cur resident? Quia mente graues decet esse quieta
 Iuridicos: animo nec uariare leui.
 Cur sine sunt manibus? Capiant ne xenia: nec se
 Pollicitis flecti muncribusue finant.
 Cæcus at est princeps. Quod solis auribus, absque
 Affectu, constans iussa Senatus agit.

Quod non capit Christus,
rapit fiscus.



Exprimit humentes, quas iam madefecrat ante
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouchit ad summum fures: quos deinde coercet,
Vertat ut in fiscum, que male parta suum.

Opulentia tyranni paupertas
subiectorum.



Humani quod splen est corporis, in populi re
Hoc Cæsar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto, reliqui tabescunt corporis artus.
Fisco aucto, arguitur ciuica pauperies.

Consiliarij Principum.



Herorum genitos, et magnum fertur Achillem
 In stabulis Chiron eruditissime suis.
 Semiferum doctorem, et semiuirum centaurum,
 Asideat quisquis regibus, esse docet.
 Est fera, dum uiolat socios, dum proterit hostes:
 Estq; homo, dum simulat se populo esse piuum.

Principis clementia.



Vesperum quod nulla unquam Rex spicula figet,
Quodq; alijs duplo corpore maior erit,
Arguet imperium clemens, moderataq; regna,
Sancta q; iudicibus credita iura bonis.


RESPUBLICA.

Salus publica.



Phœbigena crectis Epidaurius insidet avis,
Mitis, & immane conditum angue Deus.
Accurrunt ægri, ueniātque salutifer orant.
Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Respublica liberata.



Cæsar's exitio, cœu libertate recepta,
Hec ducibus Brutis cusa moneta fuit,
Ensiculi in primis, quæs pileus insuper adstat,
Qualem missa manu seruitia accipiunt.

V I T A.

In vitam humanam.



Plus solito humane nunc desle incommoda ui.
Heraclite: scatet pluribus illa malis.

Tu rursus (si quando aliis extolle cachinnum
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.

Intere i hæc cernens meditor, qua denique tecum
Fine fleam, aut tecum quomodo splene iocer.

Aëre quandoque salutem
redimendam.



Et pedibus segnis, tumida ex propendulus aluo,
Hoc tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia uellit.
Atque abicit, se se gnarus ob illa peti.
Huius ab exemplo disces non parcere rebus,
Et uitam ut redimas, hostibus æra dare.

M O R S.

Cum laruis non luctandum.



Aeacide moriens percussu cupidis Hector,
Qui toties hosteis vicerat ante suos:
Comprimere haud potuit uocem, insultantibus illis:
Dum curru, et pedibus nectere uincia parant.
Distrahite ut libitum est: sic cassi luce leonis
Conuellunt barbam uel timidi leporis.



De Morte, & Amore.



Errabat socio Mors iuncta Cupidine secum
Mors pharetras, paruus tela gerebat Amor.
Diuertere simul, simul una et nocte cubarunt,
Cæcus Amor, Mors hoc tempore cæca fuit.
Alter enim alterius male prouida spicula sumpxit:
Mors aurata, tenet ossa tela puer.
Debuit inde senex qui nunc Acheronticus esse:
Ecce amat, et capiti florea ferta parat.
Ast ego mutato quia Amor me perculit arcu.
Deficio: iniçiunt et mihi fata manum.
Parce puer, Mors signa tenens uicticia parce.
Fac ego amem: subeat fac Acheronta senex.

In formosam fato præceptam.



Cur puerum Mors ausa dolis es carpere Amorem:
Tela tua ut iaceret: dum propria esse putat.






In mortem præproperam.

D SEPVLCRVM.

Qui teneras forma allexit, torfisq; puellas,
Pulchrior, & tota nobilis urbe puer,
Occidit ante diem nulli mage flendus (Aresti)
Quam tibi, cui casto iunctus amore fuit.
Ergo illi tumulum tanti monumenta doloris
Astruis: & querulis uocibus astra feris.
Me sine abis dilecte neque amplius ibimus unda:
Nec tecum in studijs ocia grata teres?
Sed te terra teget, sed fati, Gorgonis ora,
Delphinesq; tui signa dolenda dabunt.

Terminus.



Quadratum infoditur firmissima tessera saxum,
 stat circata super pectore imago tenus,
 Et sese nulli profitetur cedere, talis
 Terminus est, homines qui scopus anus agit.
 Est immota dies, prefixaque tempora fatis,
 Deq; ferunt primis ultima iudicium.

Opulenti hæreditas.



Patroclum falsis rapiunt hinc Troës in armis.

*Hinc socij, atque omnis turba Pelasga uetat.
Obtinet exuicias Hector, Gracique cadauer.*

*Hec fabella agitur, cum vir optimus obit.
Maxima rixa oritur, tandem sed iransigit hæres,
Et coruis aliquid, uulturijsq; finit.*


AMICITIA.

Amicitia etiam post mortem
durans.




Arentem senio, nudam quoque frondibus ulnum,
Complexa est uiridi uitis opaca coma.
Agnoscitq; uices naturae: & grata parenti
Officij reddit mutua iura suo.
Exemploq; monet, tales nos querere amicos,
Quos neque disiungat fœdere summa dies.

Mutuum auxilium.



Loripedem sublatum humeris fert lumine captus:
Et socij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors sic præstat uterq;,
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Auxilium nunquam
deficiens.




Bina pericla unis effugi sedulus armis.
Cum premererit solo, cum premererit salo.
Incolumem exacie clypeus me præstítit. idem
Naufragum apprensus littora adusque tulit.

Gratiæ.



Tres Charites Veneri assistunt, dominæq; sequuntur.
 Hincque uoluptates, atque alimenta parant.
 Letitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,
 Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
 Cur nudæ:mentis quoniam candore uenustas
 Constat, & eximia simplicitate placet.



An quia nil referunt ingrati: atque arcula inanis,
Est Charitum: qui dat munera, nudus eget.

Addita cur nuper pedibus talariae bis dat.

Qui citio dat, minimi gratia tarda pretij est.
Implicitis ulnis cur uertitur altera: gratus
Fenerat, huic remanent una abeunte due.
Iuppiter ijs genitor, coeli de semine diuas
Omnibus acceptas edidit Eurynome.



HOSTILITAS.

In detractores.



Audent flagriferi matule, stupidique magistri
Bilem in me impuri pectoris euomere:
Quid faciam reddimne uices? sed nonne cicadam
Ala una obstreperam corripuisse ferar?
Quid prodest muscas operosis pellere flabris?
Negligere est satius, perdere quod nequeas.

Inanis impetus.



Lunarem noctu^m ut speculum canis inspicit orbem:
Séque uidens altum cri^m dit imesse canem,
Et latrat: sed frustra agitur uox irrita ventis,
Et peragit cursas surda Diana suos.

Aliquid mali, propter vicinum
malum.


προσωποία.



Raptabat torrens ollas, quarum una metollo,
Altera erat figuli terrea fastidiana.
Hanc igitur rogat illa: uelit sibi proxima ferri.
Iuncta ut precipites utraque fistat aquæ.
Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia curæ,
Ne mihi proximitas hæc mala multa ferat.
Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat unda:
Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

In eum qui truculentia suo-
rum perierit.

PROSOPOPEIA.



Delphinem inuitum me in littora compulit æstus,
Exemplum infido quanta pericla mari.
Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines naubibus esse putet?

*Εχθρῷ μὲν ἀδελφῇ δῶρα, In dona
hostium.*



Bellorum cœpisse ferunt monumenta uicissim
Scutiferum Aiacem, Hectoraque Iliacum.
Balthea Priamides, rigidum Telamonius ensem,
Instrumenta sue cœpit uterque necis.
Ensis enim Aiacem cofecit, at Hectora functum
Traxere Aemonijs cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quæ mittunt hostibus hostes
Munera, uenturi præscia fata ferunt.

A minimis quoque timendum.



Bella gerit scarabaeo, & hostem prouocat ultrò,
Robore & inferior, consilio superat.
Nam plumis aquile clara se neq; cognitus abdit.
Hostilem ut nidum summa per astra petat.
Quaque confodiens, prohibet spem crescere prolis.
Hocque modo illatum dedecus ultus abit.



Obnoxia infirmitas.



Pisciculos orata rapit medio æquore sardas,
 Ni fugiant pauideæ summa marisque petant.
 Ast ibi sunt mergis fulicisq; uoracibus esca.
 Eheu intuta manens undiq; debilitas.

Vel post mortem formidolosi.



Cætra mutescit, coriumq; silebit ouillum,
Si confessa lupi tympana pelle sonent.
Hanc membranam ouium sic exorescit, ut hostem,
Exanimis quanuis non ferat exanimem,
Sic cute detracta Cischas, in tympana uersus,
Bœhmos potuit uincere pontifices.

VINDIGT A.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
 Hec secum teneras concinit inter oves.
 Pascite uos herbas. socijs ego pascar Achiuis,
 Postremumque Utin uiscera nostra ferent.
 Audijt hec Itachus, Cyclopique lumine cassum
 Reddedit. En pœnas ut suus author habet?

Iusta vltio.



Raptabat uolucres captum pede coruus in auras
 Scorpion, audaci præmia parta gulæ.
 Ast ille infuso sensim per membra ueneno,
 Raptorem in stygias compulit ultor aquas.
 O risu res digna, alijs qui fata parabat,
 Ipse perit: proprijs succubuitque dolis.

Parem delinquentis, & suasoris
culpam esse.




Præconem lituo perflantem classica, uictrix
Captiuum in tetro carcere turma tenet.
Quas ille excusat: quod nec sit strenuus armis,
Vlli aut seuo leserit ense latus.
Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
Qui clangore alios eris in arma cies.

Alius peccat, alius plectitur.



Arripit ut lapidem catulus, morsuq; fatigat,
Nec percussori mutua damna facit.
Sic plerique sinunt ueros elabier hostis.
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Insani gladius.



Setigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,
Cæde suum, credens cädere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea poenas
Pro Laërtiade, pro caueaaque dabat.
Nescit obesse suis furor hostibus, errat ab ictu,
Consiliq; impos in sua damnaruit.



PAX.



Turrigeris humeris, dentis quoque barrus eburni,
 Qui superare ferox Martia bella solet,
 supposuit nunc colla iugo: stimulisque subactus,
 Cesareos currus ad pia templa uehit.
 Vel sera cognoscit concordes undique gentes.
 Proiectisque armis munia pacis obit.






Ex bello pax.



En galea, intrepidus quam miles gesserat: & quæ
Sæpius hostili sparsa cruento fuit.
Parta pace apibus tenuis concessit in usum
Alueoli: atque fauos gratiaque mella gerit.
Arma procul iaceant, fas sit tunc sumere bellum:
Quando aliter pacis non potes arte frui.






Ex pace vbertas.



Grandibus ex spicis tenues contexere corollas,
 Quas circum alterno palmite uitis eat.
 His compte Halciones tranquilli in marmoris unda
 Nidificant: pullos inuolucrēsque fouent.
 Lætus erit Cereri, Baccho quoque fertilis annus,
 Aequorei si rex alitis instar erit.



Doctos doctis obloqui
nefas esse.



Quid rapis heu Progne uocalem seu Cicadam,
Pignoribusque tuis fercula dira paras?
Stridula stridentem, uernam uerna, hospita ledis
Hospitam, et aligeram penniger ales auem?
Ergo abice hac predanā musica pectora summū est
Alterum ab alterius dente perire nefas.

Eloquentia Fortitudine præ-
stantior.



*Arcum leua tenet rigidam fert dextera clauam,
 Contegit & Nemees corpora nuda leo.
 Herculis hæc igitur facies non conuenit illud
 Quod uetus & senio tempora cana gerit.
 Quid quod lingua illi leuibus traiet et cæthenis,
 Quæs fissa facileis allicit aure viros?
 An' ne quod Alcidæ lingua non robore Galli
 Præstantem populis iura dedisse ferunt?
 Cedunt arma togæ, & quamvis durissima corda
 Eloquio pollens ad sua uota trahit.*



Facundia difficultis.



*Antidotum Aææ medicata in pocula Circes
 Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
 Moly uocant, id uix radice euellitur atra,
 Purpureus sed flos, lattis et instar habet.
 Eloquij candor facundiæque alicit omnes;
 Sed multi res est tanta laboris opus.*

Antiquissima quæque
commentitia.

APOLOGESIS.




Pellenæ senex, cui forma est histrica, Proteus,
 Qui modo membra uirifera, modo membra feri,
 Dic age, quæ species ratio te uertit in omnes,
 Nulla sit ut uario certa figura tibi:
 Signa uerustatis, primæ cui & præfero seculi:
 De quo quisque suo somniat arbitrio.



Insignia Poëtarum.




Gentiles clypeos sunt qui in Iouis alite gestant,
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferunt.
 Dira sed hec Vatum fugiant animalia ceras,
 Doctique sustineat stemmata pulcher Olor.
 Hic Phœbo sacer, & nostræ regionis alumnus.
 Rex olim, ueteres seruat adhuc titulos.






Musicam Dijs curæ esse.



Locrensis posuit tibi delphice Phœbe cicadam
 Eun' ius hanc, palmæ signa decora suæ.
 Certabit plectro Sparthyn commissus in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo,
 Legitimum harmonies & uitiare m:los,
 Tum Cithara argutans suavis se se intulit ales,
 Quæ fractam impleret uoce cicada fidem.
 Quæq; alle etiæ, soni ad legem descendit ab altis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.
 Ergo tuæ ut firmus stet honos (ô sancte) cicadæ,
 Pro cithara hic fidicen æneus ipsa sedet.



Litera occidit, spiritus viuiscat.




Vipere os Cadmus dentes ut credidit aruis,
Seuit & Aonio semina dira solo:
Terrigenum clypeata cohors exorta uirorum est,
Hostili inter se qui cecidē re manu.
Euasere quibus monitu Tritonilos armis
Abiectis data pax, dextrāque iuncta fuit.
Primus Agenorides elemēta, notisque magistris
Tradidit, ijs suauem iunxit & harmoniam.
Quorum discipulos contraria plurima uexant,
Non nisi Palladia que dirimuntur ope.

Dicta septem sapientum.



Hec habet se ptem Sapientum effingere dicta,
Atque ea picturis qui celebrare uelis.
Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit,)
Hoc trutinae examen, siue libella docet.
Noscere se Chilon Spartanus quenque iubebat.
Hoc specula in manibus, uitriq; sumpta dabunt.

Quod Periander ait, frēna adde Corinthius irē,
Pulegium admotum naribus efficiet.
Pittacus at ne quid (dixit) nimis, hēc eadem aiunt,
Contracto qui gith ore liquefaciunt.
Res pexisse Solon finem iubet. ultimus agris,
Terminus, haud magno cesserit ipse Ioui.
Heu quim uera Bias, Est copia magna malorum:
Musmoni infideat effice sardus eques.
Ne pras esto (Thales dixit) sic illita uisco
In laqueos sociam parra, meropsque trahit.



IGNORANTIA.
Submouendam ignorantiam.
Διαλογισμός.



Quod mōstru id: sphinx est, cur cāuda uirginis ora,
Et uolucrum pennas, crura leonis habet?
Hanc faciem assump̄it rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa et origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda uoluptas,
Sunt et quos faciunt corda superbarudes.
At quibus est notum, quid dēphica litera pōssit:
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Nāq; uir ipse, bipesq; tripesq; et quadrupes idē est,
Primāq; prudentis laurea, nosse uirum.



Mentem, non formam plus
pollere.



Ingressa uulpes in Choragi pergulam,
Fabre expolitum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solum deesset, ceteris uiuisceret.
Id illa cum sumpsisset in manus, ait:
Hoc quale caput est, sed cerebrum non habet.

Dives indoctus.




Tranat aquas residens precioso in uellere Phrixus,
Et flauam impavidus per mare scandit ouem.
Ecquid id est? uir sensu hebeti, sed diuite gaza,
Coniugis aut serui quem regit arbitrium.

MATRIMONIVM.

In fidem vxoriam.



Ecce puella, uiro que dextra iungitur. Ecce
 Ut sedet: ut catulus lusitatis ante pedes?
 Haec fidei est species; Veneris quam si educat ardor,
 Malorum in leua non male ramus erit.
 Poma etenim Veneris sunt, sic Schenëida uicit
 Hippomenes, petijt sic Galathea uirum.






Reuerentiam in matrimonio
requiri.



Cum furit in Venerem: pelagi se in littore sistit
Vipera: ex ab stomacho dira uenena uomit.
Murenamq; ciens, ingentia sibila tollit,
At subito amplexus appetit illa uiri,
Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
Alternum debet coniugi et obsequium.



In fœcunditatem sibi ipsi
damnosam.



Ludibrium pueris lapi des iacentibus, hoc me
In triuio posuit rustica cura nucem.
Quæ laceris ramis per stricto que ardua libro,
Certatim fundis per latus omne petor.
Quid sterili posset contingere turpius? cheu,
In felix fructus in mea damna fero.

Amor filiorum.



Ante diem uernam boreali cana palumbes
 Frigore midificat, præcoqua & oua fouet.
 Mollius & pulli ut iaceant, sibi uellicat alas,
 Quis nuda hyberno deficit ipsa gelu.
 Ecquid Colchi pudet, uelut Procne improba morte
 Cum uolucris propriæ prolis amore subit?

Salix.



Quod frugisperdem salicem uocitarit Homerus,
Clitorij homines moribus adsimilat.

Abies.



*Apta fratis abies in montibus editur altis:
Est & in aduersis maxima commoditas.*

ARBORES.
Cupressus.

Indicat effigies metæ, noménque Cupressi
Tractandos parili conditione suos.

A L I V D.

Funesta est arbor, procerum monumēta Cupressus
Quale Apium plebis, comere fronde solet.

A L I V D.

Pulchra coma est, pulchro digestæq; ordine frôdes,
Sed fructus nullos hæc coma pulchra gerit.

Quercus.



Grata Ioui est quercus, qui nos seruatq; fuetq;
Seruanti ciuem querna corona datur.


A L I V D.

Glande aluit ueteres, sola nunc proficit umbra,
Sic quoque sic arbos officiosa Iouis.

In pudoris statuam.



Penelope de sponsa sequi cupiebat Vlyssem,
 Nisecum Icarius mallet habere pater.
 Ille Ithacam, hic offert Sparten manet anxia virgo.
 Hinc pater, inde uiri mutuus urget amor.
 Ergo sedens uelat uultus, obnubit ocellos.
 Ista uerecundi signa pudoris erant.
 Quis sibi prælatum Icarius cognouit vlyssem,
 Hocque pudori aram schemate constituit.



Nupta contagioso.



Dij meliora pīs (Mezentii) cur age sic me
 Compellas? emptus quōd tibi dote gener,
 Gallica, quem scabies dira & mentagra perurit.
 Hoc est quidnam aliud (dic mihi sive pater)
 Corpora corporibus: quam iungere mortua uiuis,
 Efferaque Etrusci facta nouare ducis?



Pietas filiorum in parentes.



Per medios hosteis patriæ, cūm ferret ab igne,
Aeneas humeris dulce parentis onus.
Parcite (dicebat) uobis sene adorea, raptō
Nulla erit: erepto sed patre summa mihi.

B C

Mulieris famam, non formam,
vulgatam esse oportere,

DIALOGISMVS.



Alma Venus quenam hæc facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Fœmineum, nostra ius sit ab effigie.
Quodq; manere domi, et tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.

Morus.



Serior at Morus nunquam nisi frigore lapsa
Germimat: & sapiens nomina falsa gerit.

Amygdalus.



Cur properans folijs præmittis amygdale flores?
Odi pupillos præcocis ingenij.

Malus medica.



Aurea sunt Veneris poma hec iucundus amaror
Indicat, est Græcis sic γλυκωίς θεος amor.

Buxus.



Perpetuò uiridis, crifpoq; cacumine buxus,
Vnde est disparibus fistula facta modis,
Delitijs apta est teneris, & amantibus arbor.
Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Hedera.




Haudquam arescens hedera est arbuscula, Ciso
Quæ puero Bacchum dona dedisse ferunt:
Errabunda, procax, auratis fulua corymbis,
Exterius uiridis, cætera pallor habet.
Hinc aptis uates cingunt sua tem, ora sertis:
Palescunt studijs, laus diuturna uiret.

Ilex.



Duritie nimia quod sese rumperet ilex,
Symbola ciuilis seditionis habet.

Picea.



At picea emittat nullos quod stirpe stolones,
Illiis est index, qui sine prole perit.

Cotonea.



Poma nouis tribui debere Cydonia nuptis
Dicitur antiquus constituisse Solon.
Grata ori & stomacho cum sint, ut & halitus illis
Sit suavis, blandus manet & ore lepos.

Laurus.




Præscia uenturi laurus fert signa salutis.

Subdita puluillo somnia uera facit.

ALIVD.

Debetur Carolo superatis laurea Poenis:
Victrices ornent talia fertu comas.

Populus alba.

*Herculeos crines bicolor quod populus ornet,
Temporis alternat noctisq; diesq; uices.*

INDEX EMBLEMATVM

IN LOCOS COMMUNES

DIGESTORVM.

EMBL. DEDIC.

Ad illustrissimum Maximilium &c. 7

Mediolanum 8

Nunquam procastinandum 9

DEV S, SIVE RELIGIO.

In Deo latandum 10

Sapientia humana, stultitia apud Deum 11

Ficta Religio 12

Non tibi, sed religioni 13

Quà Dij vocant, eundum 14

VIRTUTES.

FIDE S.

Fidei Symbolum 15

Fœdera 16

Silentium 17

Non vulganda consilia 18

Nec quæstioni quidē cedendū 19

P R U D E N T I A.

Consilio, ac virtute Chimera superari; id est fortiores, & deceptores 20

Vigilantia, & custodia 21

Νέφες καὶ μέλινος ἀτσεῖη ἄρθρα ταῦτα

τοὺς φρεγεύματα 22

καὶ ταρπίσκυροι Τί δὲ ἐργάζεται Τί μοι δέοντα

ἐπελέσθημεν 23

Prudentes 24

Prudens, magis quam locax 25

Maturandum 26

In deprehensum 27

Custodiendas virgines 28

Vino Prudentiam augeri 29

Prudentes vino abstinent 30

In statuam Bacchi 31

Gramen 33

I V S T I T I A.

Nec verbo, nec facto quenquam lædendum 34

Tandē, tandem Iustitia obtinet 35

Etiam ferocissimos domari 36

Gratiam referendam 37

Abstinētia 38

Bonis à diuitiis nihil timēdū 39

F O R T I T Y D O.

Signa fortium 40

Ανέχει καὶ ἀνέχει 41

In adulari nescientes 42

Obdurandū aduersus vrgētia 43

Omnia mea mecum porto 44

C O N C O R D I A.

Concordiæ Symbolum 45

Concordia 46

Concordia insuperabilis 47

Vnū nihil, duos plurimū posse 48

Firmissima coniueli nō posse 49

S P E S.

Spes proxima 50

In simulachrum Spei 51

In dies meliora 53

Illicitum non sperandum 54

P Y D I C I T I A.

V I T I A.

P E R F I D I A.

In Victoriam dolo partam 56

In fraudulentos 57

Dolus insuos 58

Maledicentia 59

In receptatores sicariorum	60
In adulatores	61
Ei qui semel sua prodegerit, alie- na credi non oportere	62
S T V L T I T I A.	
Temeritas	63
Furor & rabies	64
In temerarios	65
In eos qui supra vires quicquam audent	66
Impossibile	67
Cuculi	68
Vespertilio	69
Aliud	70
Ira	71
In eum, qui sibi ipsi damnum ap- parat	72
Fatuitas	73
Obliuio paupertatis parens	74
S V P E R B I A.	
Superbia	75
Impudentia	76
Philautia	77
Garrulitas	78
I N V I D I A.	
Inuidia	79
L V X V R I A.	
Luxuria	80
Luxuriosorum opes	81
Tumulus Meretricis	82
In amatores Meretricum	83
Cauendum à Meretricibus	84
Anuletum Veneris	85
Inuiolabiles telo Cupidinis	86
Laſciuia	87
D E S I D I A.	
Desidia	88
Desidiam abiciendam	89
In facile à Virtute desciscētes	90
Ignauia	91

A U A R I T I A.	
Auaritia	92
In auaros	93
In Aulicos	94
In Sordidos	95
In diuites publico malo	96
In auaros, Vel quibus melior con- ditio ab extraneis offertur	97
G V L A.	
Gula	98
Ocni effigies	99
In Parasitos	100
Paruam culinam duobus ganco- nibus non sufficere	101
Captiuus ob gulam	102
In Garrulum, & Gulosum	103
Natura	104
D O C T O R V M A.	
G N O M I N A.	
Vis Naturæ	106
Ars Naturam adiuuat	107
In Iuuentam	108
In quatuor tempora anni	109
A S T R O L O G I A.	
Scyphus Nestoris	110
Quæ supra nos, nihil ad nos	112
In astrologos	113
Qui alta contéplatur cadere	114
A M O R.	
Potētissimus affectus Amor	115
Potentia amoris	116
Vis amoris	117
In studiosum amore captum	118
Av̄t̄p̄ws. id est, amor Virtutis	119
Av̄t̄p̄ws. Amor Virtutis alium Cu- pidinem superans	120
Dulcia quandoq; amara fiori	121
Ferè simile, ex Theocrito	122
In Statuam Amoris	123
In obliuionem patriz	125

Sirenes	126	Quod non capit Christus , rapit
Scenex puellam amans	127	Fiscus
Colores	128	Opulentia tyrani paupertas sub- iectorum
<i>F O R T V N A .</i>		
Virtuti Fortuna comes	130	Consiliarij Principum
Fortuna Virtutem superans	131	Principis clementia
Paupertatem summis ingenij ob- esse, ne prouehantur	132	<i>R E S P V B L I C A .</i>
In Occasionem	133	Salus publica
In subitum terrorem	134	Respublica liberata
In illaudata laudantes	135	<i>V I T A .</i>
In momentanea felicitatem	136	In vitam humanam
Ex damno alterius utilitas	137	Aere quandoq; salutem redimen- dam
Bonis auspicijs incipiendum	138	<i>M O R S .</i>
Nil reliqui	139	Cum Laruis non luctandum
Malè parta, malè dilabuntur	140	De Morte, & Amore
Séper præsto esse infortunia	141	In formosam fato præceptam
Redempia in arduo, mala in prono- esse	142	In mortem præproperam
<i>H O N O R .</i>		
Ex arduis perpetuum nomē	143	Terminus
Ex literarum studijs immortalita- tem acquiri	144	Opulenti hæreditas
Tumulus Ioannis Galeacij Vice- comitis, Primi Ducis Mediola- nen sis	145	<i>A M I C I T I A .</i>
Optimus ciuis	146	Amicitia et post morte durās
Strenuorū immortale nomē	147	Mutuum auxilium
Nobiles, ac generosi	148	Auxiliū nunquā deficiēs
Duodecim certamia Herculis	149	Gratiæ
In nothos	151	<i>H O S T I L I T A S .</i>
Imparilitas	152	In detractores
In descientes	153	Inanis impetus
Aemulatio impar	154	Aliquid mali, propter vicinuni malum
Albutij ad D. Alciatum suaden- tis vt &c.	155	In eum qui truculentia suorum perierit
<i>P R I N C E P S .</i>		
Princeps subditorum incolumenta- tem procurans	156	Ex ἔρωτι ἀδερφα σύζυγα. In dona ho- stium
In Senatum boni Principis	157	A minimis quoque timendū
		Obnoxia infirmitas
		Vel post morte formidolosi
<i>V I N D I G T A .</i>		
Iusta vindicta	185	
Iusta vltio	186	

Parem delinquentis, & suasoris culpam esse	187	quiri	206
Alius peccat, aliis plectitur	188	In fœcunditatem sibi ipsi damne- sam	207
Insani gladius	189	Amor filiorum	208
<i>PAX.</i>		Pietas filiorum in parentes	209
Pax	190	Mulieris famam, non formam vul- gatam esse oportere	210
Ex bello Pax	191	In pudoris statuum	211
Ex Pace vbertas	192	Nupta contagioso	212
<i>SCIENCIÆ.</i>		<i>ARBORES.</i>	
Doctos Doctis obloqui nefas esse	193	Cupressus	213
Eloquentia, fortitudine præstan- tior	194	Aliud	ibidem
Facundia difficultis	195	Aliud	ibidem
Antiquissima quæque commen- titia	196	Quercus	214
Insignia Poëtarum	197	Aliud	ibidem
Mulicam Dijs curæ esse	198	Salix	215
Litera occidit: Spūs viuificat	199	Abies	216
Diſta septem sapientum	200	Picea	217
<i>IGNORANTIA.</i>		Cotonea	218
Submouendam ignorantiam	202	Hedera	219
Mentem, non formam plus pol- lere	203	Ilex	220
Dives indoctus	204	Malus medica	221
<i>MATRIMONIVM.</i>		Buxus	222
In fidem vxoriam	205	Morus	223
Reuerentiam in matrimonio re-		Amygdalus	224

FINIS.

Lugduni,
Excudebat Mathias Bonhomme

Wolfgang Bayerle
Die poptimo Dichter
809